



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **In Amos, Abdiam, Et Ionam Prophetas, Commentarij Francisci Lamberti Auenionensis**

**Lambert, François**

**Argentorati, 1525**

**VD16 B 3868**

Pars Tertia. Tertio, contra fiduciam in diuitias, quas et ab eis subfurandas  
prædicit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35983**

**COMMENTAR. CAPVT I. 95**

Et unde carnales superbiunt, inde maior illis confusio aduenit. Superbiunt ex diuitijs, potentia, munitiōibus, prudentia mundi, & similibus, ideo subiunxit. **S**uperbia cordis etc. Erat montuosa **I**du<sup>m</sup>ea, propter quod aestimabant se à nemine uinci posse. Proinde ait Dominus. **Q**ui dicis in corde tuo &c. **Q**u. di. Iudicas te inuincibilem, sed si adhuc eses in locis absq; similitudine fortioribus ac munitioribus, inde detraham te, & abijciam, & calcabo. **H**ic locus est insignis, cōtra omnem carnis fidutiam. **N**am qui solus est omnipotens, & ex se uerus, id summe exigit, ut ei soli fidamus. **E**x hoc quoq; textu, argumentum manifestissimum habes, quod nullibi tutus est, quem **D**eus flagellare ac perdere uoluerit. **N**emo siquidem est, qui possit cruere à manu eius. **I**ob. 10.

**P A R S T E R T I A.**

**S**i fures introissent ad te, si latrones pernoctem, quomodo conticuiisses? **N**onne furati essent sufficientia sibi? Si uindemiatores introissent ad te, **N**unquid saltem racemum reliquissent tibi? **Q**uomodo scrutati sūt **E**sau, inuestigauerunt abscondita eius.

**Q**ui in terrenorum abundantia superbiunt, illis ea quissime priuatur. **S**ic factum est filijs **E**sau, sic et cum multis quotidie facit **D**ominus. **A**it ergo: **E**dom,

**FRANC. LAMB. IN ABDIAM**

**E**dom, si fures introissent, &c. **Qu. d.** Quemadmodum sita, fures & latrones sustulissent, minime sileres, uadi es uenient, quibus super te uenient fures & latrones, ac noui uindematores, qui nihil tibi relinquent, omnia enim auferent. Tum apud te clamor & ululatus erit, sed absque fructu. **Quomodo scrutati sunt &c.** Præteritum profuturo ob rei certitudinē posuit. **Vindematores** quippe, id est, Nabuchodonosor exercitus, quos super eos **Deus** misurus erat, scrutati sunt, & inuestigauerunt omnia, que spectabant ad idum. eos, & secum abstulerunt, ac deprædatis sunt, & id quidem libere, ac nullo impediēte. **Idem** ferè habes apud **Hiere.** ubi supra.

**PARS QVARTA**

**V**sque ad terminum emiserunt te, & omnes uiri fœderis tui illuserunt tibi. **Inualuerunt** aduersum te, uiri pacis tuæ. **Qui** comedunt tecum, ponent insidias subter te.

**E**miserunt pro emittent. **Sensus est:** Dicti uindematores ingredientur regnum tuum, & ingredientes usq; in finem regni tui, te ab eo emittent, & pellēt. **Et** omnes uiri fœderis tui, quibus scilicet ante fœdere iunctus eras, ut sunt **Ammonite** & **Moabite**, illuserunt tibi, non seruantes fœdus, sed iuncti erunt his, qui te captiuum facient. **Inualuerunt** aduersum te, id est, te uincēt, uiri pacis tuæ,